

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-118621-p0001-0

t

6/9. 43.

Wiggert

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-118621-p0002-5

Rouppert. 1789.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-118621-p0003-1

Cart Slbd'

2

L 2131

A. o. 614.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-118621-p0004-6

# PRIMAE GRAMMATICES

Græcæ partis Rudimenta, per Iohannem Metzler, iam denuo reſtituta, ac pleriſq́; in locis lo= cupletata.

Haganoæ, in Officina Sec.
An. M.D.XXXIIII.

ΙΟΑΧΕΙΜΟΥ
Καμεραρίου.

Χρηστὴν ἐλπίδ' ἔχοιθ' ἁπαλῶν παιδεύματα μουσῶν.
Ὡς ἔτι σφῶν πλείστοις, καὶ μεγάλοισι μέλει.
Μαικελερὸς κανόνων ἐπεὶ ἐκ ποτ' ἐς ἄκρα βεβηκὼς.
Γραμματικῶν, ταύτην δείκνυσι πᾶσιν ὁδόν.

# IOHANNI RVLLO, ET ANDREAE VVINCKLER, LVDImagiſtris Vratislauienſibus, Iohannes Metzler, S.

BOnæ literæ, ſtudiaq; itē liberalia omnia cum paſſim egregie cōtemnerentur: ita, ut non in infimo pietatis gradu conſtitiſſe cenſeretur, qui ab his alieniſſimū animum haberet, his ipſis temporibus reliquiæ ſtudioſorum Vratislauiæ precibus a me maximis petiuerunt, ſibi ut mea opitularetur opera rudimentis Græcarum literarum tradendis. Viſi ſunt mihi nequaquā iniqua petere, ſed quia dudum ei profeſſioni ualedixeram, ſubdubitaui aliquandiu quid facerem. Occurrebat etiam illud, ridiculo me multis futurum, quod ego fere unus literas adhuc fouendas oſtenderem. Tandem tamē ſtudioſorum & iuſta petentium uoluntati obſequi cōſultius eſt uiſum. Secutus itaq; Ricardi Croci præceptoris mei rationem docendi,

nominum & uerborum declinationes auditoribus excipiendas dictaui, ſæpe interim ab aliorum rationibus diſcedens. Quod ſciens & prudens feci, docendi ſimul & diſcendi facilitatem quærens. Quæ tum uelut congeſſeram, nunc prope quotidiano hortatu ueſtro, in turba negotiorum, ut potui, recognoui & digeſſi, mutaui multa, multa etiam addidi, ne quid ulla in parte orationis, quod ad primæ grammaticæ partis rudimenta attinet, facile deſyderaretur, neq; enim propoſitum erat iuſtam eius partis tractationem ſuſcipere, cuius uos, cum aliquid abeſſe uideritis, meminiſſe uolo. Ea ſolum poſui, quæ Tyroni initio, in lingua communi in primis neceſſaria uidebãtur. Cætera, hæc qui perdidicit, ex Vrbano (qui ut ipſe ex eo audiui xxx. annos natus, primum ã didicit) & Theodoro Gaza requiret, ita dubio procul perfectam grammatices cognitionem adſequetur. Hos meos labores in publicum æditurus, nolui patronos alios quærere, quam quorum impulſu, quæ alioqui cælaturus fueram, profero. Nec dubito, quin ſub nomine & tutela ueſtra excudenda typis tradita, tanquam ueſtra ſitis defenſuri, meq; uindicaturi ab impudentia & temeritate, quod rudimenta grammatices uulgare audeam, cuius tot inſtitutiones a uiris doctis conſcriptæ circunferuntur, ut numero pene

æquare

æquare diſcipulos uideantur. Si quid pecco, certe totum hoc ueſtra culpa peccatur. Quod ſi quid utilitatis ex eo iuuentutem cepiſſe intellexero, non grauabor quamprimum per negotia licuerit, principem partium grammatices adgredi, & uel Theodoreas conſtructiones impeditiſs. ſane explicare, uel ipſi faciliore quadam uia conſtruendi præcepta dare. Calumniabuntur, ſcio, nonnulli inſtitutum meum, indecorum iuriſperito, & in foro quotidie uerſanti, ad hæc leuicula ſeſe dimittere dictitantes. Id ego non magnifacio, qui ſic animum induxi meum, nihil indecorum eſſe docere, quod didiciſſe ſit utile & honeſtum. Quam meam ſententiam compluribus bonis antea placuiſſe uideo, qui etiam theologi, rem grammaticã tractauere. Neq; enim grammatices præſtantiam, quodq; maius quiddã & plane auguſtius ſit quam uulgo, etiam ab his, qui ſuo iudicio ualde ſapiunt, putetur, ignorauerunt. Valete, ex ædibus meis Vratiſlauiæ, Calend. Ianuarij. Anno M.D.XXXIIII.

# PRIMAE
## GRAMMATICES
### Græcæ partis Ru-dimenta.

Literæ Græcorum ſunt uiginti quatuor.
α·β·γ·δ·ε·ζ·η·θ·ι·
κ·λ·μ·ν·ξ·ο·ϖ·ρ·σ·
τ·υ·φ·χ·ψ·ω.
Quæ in uocales & conſonantes diuiduntur.

Vocales ſunt ſeptem, α.ε.η.ι.ο.υ.ω. Ex his longæ duæ, η & ω. Breues itidem duæ, ε & ο. Ancipites tres, α ι υ.

Eſt & alia uocalium diuiſio, quædam enim Præpoſitiuæ; quædam uero Poſtpoſitiuæ appellantur. Quod ſcilicet in diphthongorum conſtitutione uel præponantur, uel poſtponantur.

Præpoſitiuæ ſunt, α.η.ε.ο.ω. Poſtpoſitiuæ uero, ι υ. In υι tamen diphthongo, præpoſitiuæ locum obtinet.

Diphthon

Diphthongi autem ſunt hæ, αι, αυ, ει, ευ. οι. ου. ᾳ. ῃ. ῳ. ιυ. ηυ. ωυ. Primæ ſex propriæ, cæteræ impropriæ uocantur.

Conſonantes numerantur decem & ſeptem, β. γ. δ. ζ. θ. κ. λ. μ. ν. ξ. π. ρ. σ. τ. φ. χ. ψ. Eas in ſemiuocales & mutas diuidimus. Cauſſa nominis eſt, quod hæ imperfectius, illæ uero perfectius ſtrepere uideantur.

Semiuocales ſunt octo, ζ. ξ. ψ. λ. μ. ν. ρ. σ. Hæ rurſum diuiduntur in duplices tres, ζ. ξ. ψ. Continet autem ζ. σδ. ξ. κσ. ψ. ϖς. In liquidas ſiue immutabiles quatuor, λ. μ. ν. ρ. & in σ. quod proprii cuiuſdam iuris eſſe cenſetur, nempe neq; duplex, neq; liquida.

Mutæ nouem, β. γ. δ. κ. ϖ. τ. θ. φ. χ. Diuiduntur in tenues tres, κ. ϖ. τ. Medias totidem γ. β. δ. Et aſpiratas tres, χ. φ. θ.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Ita uero inter ſe opponuntur | κ. | γ. | χ. |
| | ϖ. | β. | φ. |
| | τ. | δ. | θ. |

Eſſet nunc de ſyllabis connectendis di-

cendum, quod quia ad aliam grammatices partem, ſi diligentius perſequi uelis, pertinet, iuſtumq; requirit uolumen, & ad partes orationis declinabiles uariandas (cuius cauſſa, præcipue hic labor ſuſcipitur) non ita multum facit, in præſentia omittere conſultius eſt uiſum. In calce tamen aliqua ſubiungentur, in quibus puer exerceatur à præceptore, quo legere diſcat.

Ex ſyllabis conficiuntur dictiones, quæ diuiduntur in partes octo. Neq; enim reperias dictionem aliquam, quæ non ſit, uel articulus uel nomen, uel pronomen, uel uerbum, uel participium, uel aduerbium, uel coniunctio, uel præpoſitio.

## DE ARTICVLO.

PRimum omnium de articulis inſtituetur oratio, quod eorum uſus non ſolum in orationis ſtructura eſt, ſed etiam in partium orationis declinabilium uariatione, id quod exemplis poſtea patebit.

Sunt autem duplices, Præpoſitiui, qui à latinis pronomina articularia adpellantur.

tur. Poſtpoſitiui, quos latine relatiua no-
minamus.

Vtriſq; accidunt, Genus, Numerus, Caſus & Declinatio.

Genera articulorum ſunt tria, Maſculinum, Fœmininum & neutrum.

Numeri itidem tres, Singularis, Dualis & pluralis. Dualis proprius eſt Græcorum, à Latinis ut ſuperuacaneus non receptus. Vtuntur autem eo cum à duobus, uel de duobus ſermo inſtituitur, id quod ex authoribus bonis deprehenditur facilius quàm docetur.

Caſus quatuor, Nominatiuus, Genitiuus, Datiuus & Accuſatiuus. Vocatiuum enim articuli non habent. Nam ὦ quod uocatiuis, tam in ſtructura orationis, quàm in declinatione præponitur, articulus nõ eſt, ſed aduerbium uocandi.

Declinationes duæ, una ad formam tertiæ, altera ad formam ſecundæ nominum in genitiuo non creſcentium, quemadmodum ex figura ſubiecta facile omnia perſpiciuntur.

# DE ARTICVLO
## PRAEPOSITIVI.

| | N. | G. | D. | Ac. | N. & Ac. | G. & D. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| M. | ὁ | τοῦ | τῷ | τὸν | τώ | τοῖν |
| F. S. | ἡ | τῆς | τῇ | τὴν. D. | τά | ταῖν. |
| N. | τὸ | τοῦ | τῷ | τὸ | τώ | τοῖν. |

| | N. | G. | D. | Ac. |
|---|---|---|---|---|
| | οἱ | | τοῖς | τοὺς |
| P. | αἱ | τῶν | ταῖς | τὰς |
| | τὰ | | τοῖς | τὰ. |

## POSTPOSITIVI.

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| M. | ὅς | οὗ | ᾧ | ὅν | ὥ | οἷν |
| F. | ἥ | ἧς | ᾗ | ἥν. D. | ἅ | αἷν |
| N. | ὅ | οὗ | ᾧ | ὅ | ὥ | οἷν. |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| P. | οἵ | | οἷς | οὕς. |
| | αἵ | ὧν | αἷς | ἅς. |
| | ἅ | | οἷς | ἅ. |

Non te lateat in omnibus orationis partibus declinabilibus in duali numero, Nominatiuũ & Accuſatiuũ, Genitiuũ & Datĩuum conuenire.

# DE NOMINE

NOmini accidũt ſex, Genus, Species, Figura, Numerus, Caſus & Declinatio

Genera

Genera nominum ſunt quinq;, Maſculinum ut ὁ πλάτων, Fœmininum ut ἡ ἀρετή, Neutrum ut τὸ δῶρον, Commune ut ὁ & ἡ ἄνθρωπος, Promiſcuum ut ὁ ἀετός, ἡ χελιδὼν.

Species duæ, Primitiua ut ἄνθρωπος. Deriuatiua ut ἀνθρώπινος. Hæc in ſpecies alias ſubdiuiditur, quas aliquantulũ progreſſus in ſecundo Vrbani uideri poterit.

Figuræ duæ, Simplex ut ἵππος. Compoſita ut φίλιππος. Nam decompoſitam, ut à Græcis definitur, pro figura non recipio, ſed ad ſpeciem deriuatiuam magis pertinere puto.

Numeri iidem qui in articulis, ſimiliter & caſus, niſi quod nomina uocatiuum præterea habent.

Declinationes nominum ſunt quinq;, Quatuor (quia Genitiuus Nominatiuo ſyllabarum numero par manet) pariſyllabicæ dicuntur, αἰνείας, αἰνείου. Quinta uero impariſyllabica. Nam Genitiuus Nominatiuum una ſyllaba ſuperat & excedit, αἴας αἴαντος.

## DE PRIMA DEclinatione.

Prima eſt nominum maſculinorũ tantum in ασ & ησ exeuntium. In ea formabis reliquos caſus à nominatiuo ασ uel ησ mutando, iuxta figuram ſequentem.

N. G. D. Ac. N. Ac. G. D.

ας ᾳ αν.

S. ου D. ᾳ αιν.

ης ῃ ην.

N. G. D. Ac.

αἰνείασ.

P. αι ων αις ας.

χρύσης.

Vocatiuus huius declinationis fit à nominatiuo, abiecto σ finali, ut αἰνείας ὦ αἰνεία, ὁ χρύσησ, ὦ χρύση.

Excipiuntur nomina in τησ, item uerbalia & gentilia, ea enim ησ in α uertunt.

In τησ, ὁ πολίτης, ὦ πολίτα.

Gentile ὁ πέρσησ, ὦ πέρσα.

Verbale ὁ βιβλιοπώλης, ὦ βιβλιοπῶλα.

In uniuerſum ſciendum eſt. Quamuis uocatiuus ſingularis ſecundum linguam commu

communem quandoq; à nominatiuo ua-
riat, ſecundum Atticos tamen nominati-
uo ſemper eſt ſimilis. Dualis uero & plura
lis ſemper ſimilis exiſtit.

Παράδειγμα.

S. N. ὁ αἰνείας. G. τοῦ αἰνείου. D. τῷ αἰνείᾳ. Ac. τὸν αἰνείαν. V. ὦ αἰνεία. Et attice ὦ αἰνείας. Dual. N. & Ac. τὼ αἰνεία, G. & D. τοῖν αἰνείαιν. V. ὦ αἰνεία. Plural. N. οἱ αἰνείαι. G. τῶν αἰνειῶν. D. τοῖς αἰνείαις. Ac. τοὺς αἰνείας. V. ὦ αἰνείαι.

## DE SECVNDA DEclinatione.

Secunda declinatio eſt nominum fœmininorum tantum in α & η exeuntium. Reliquos caſus forma à nominatiuo, mutando α uel η iuxta figuram ſequentem.

N. G. D. Ac. V. N. Ac. G. D.

α αν α.

S. ησ ῃ D. α αιν.

η ην η.

N. G. D. Ac.

μοῦσα.

P. αι ων αις ας

τιμή.

Excipiuntur nomina in α purum, ρα δα θα exeuntia. Nam genitiuum formant in ας, & datiuum in ᾳ. α purum adpellatur, ante quod uocalis, uel per ſe, uel in diphthongo immediate reperitur.

| | | |
|---|---|---|
| α purũ | ut | μαῖα μαίας μαίᾳ, θέα θέας θέᾳ |
| ρα | | ἡμέρα ἡμέρας ἡμέρᾳ. |
| δα | | λῄδα λῄδας λῄδᾳ. |
| θα | | κισσάθα κισσάθας κισσάθᾳ. |

ΠΑΡΑΔΕΙΓΜΑ.

S. N. ἡ μοῦσα. G. τῆς μούσης. D. τῇ μούσῃ. Ac. τὴν μοῦσαν. V. ὦ μοῦσα. Dual. N. & Ac. τὰ μούσα. G. & D. ταῖν μούσαιν. V. ὦ μοῦσα. Plural. N. αἱ μοῦσαι. G. τῶν μουσῶν. D. ταῖς μούσαις. Ac. τὰς μούσας. V. ὦ μοῦσαι.

## DE TERTIA DEclinatione.

Tertia declinatio, eſt nominum Maſculinorum, Fœmininorum, Communium in ος, & neutrorũ in ον, ut ὁ λόγος, ἡ ὁδός, ὁ καὶ ἡ ἄνθρωπος, τὸ ξύλον. Reliquos caſus forma à nominatiuo, mutando ος uel ον iuxta figuram ſequentem.

N. G. D. Ac. V. N. & Ac. G. & D.
ος ε
ου ῳ ον. D. ω οιν.
ον ον

N. G. D. Ac. V.
οι ους οι.
P. ων οις.
α α α.

## REGVLA GENERALIS.

Nominatiuus, Accuſatiuus, Vocatiuus nominum neutri generis in omni numero conuenit.

ΠΑΡΑΔΕΙΓΜΑ.

S. N. ὁ λόγος. G. τοῦ λόγου. D. τῷ λόγῳ. Ac. τὸν λόγον. V. ὦ λόγε, & ὦ λόγος attice. Dual. N. & Ac. τὼ λόγω. G. & D. τοῖν λόγοιν. V. ὦ λόγω. Plural. N. οἱ λόγοι. G. τῶν λόγων. D. τοῖς λόγοις. Ac. τοὺς λόγους. V. ὦ λόγοι.

S. N. τὸ ξύλον. G. τοῦ ξύλου. D. τῷ ξύλῳ. Ac. τὸ ξύλον. V. ὦ ξύλον. Dual. N. & Ac. τὼ ξύλω. G. & D. τοῖν ξύλοιν. V. ὦ

ξύλω. Pural. N. τὰ ξύλα. G. τῶν ξύλων. D. τοῖς ξύλοις. Ac. τὰ ξύλα. V. ὦ ξύλα.

## DE QVARTA DEclinatione.

Quarta declinatio tota Attica eſt nominum ſcilicet, Maſculinorum, Fœmininorum, & communium in ως, & Neutrorũ in ων, ut ὁ μενέλεως, ἡ ἅλως, ὁ & ἡ ἔυγεως, τὸ ἔυγεων. Cæteri caſus formantur à nominatiuo mutando ως uel ων iuxta figuram ſequentem.

| | N. | G. | D. | Ac. | V. |
|---|---|---|---|---|---|
| S. | ως / ων | ω | ῳ | ων | ως. / ων. |
| D. | | | ῳ | ων. | |
| P. | ῳ | ων | ῳς | ως / ω | ῳ. / ω. |

Παράδειγμα.

S.N. ὁ μενέλεως. G. τοῦ μενέλεω. D. τῷ μενέλεῳ. Ac. τὸν μενέλεων. V. ὦ μενέλεως. Dual. N. & Ac. τὼ μενέλεω. G. & D.

&D. τοῖν μενέλεῳν. V. ὦ μενέλεω. Plural. N. οἱ μενέλεω. G. τῶν μενέλεων. D. τοῖς μενέλεῳς. Ac. τοὺς μενέλεως. V. ὦ μενέλεῳ.

## DE QVINTA DE clinatione.

Quinta declinatio, quæ impariſyllabica adpellatur, omnia complectitur genera, & tam uarias habet terminationes, obliquorumq; formationes, ut compendio indicari pueris nequeat. Quare eis conſulo, ne de his initio ſint ſoliciti, quærant interim ex præceptoribus et lexico. Nam quæ paſſim traduntur regulæ, non niſi à prouectioribus intelliguntur. Immo certam eius cognitionem, non niſi ex frequenti authorum lectione cognoſces. Tyronibus itaq; operam dantes, qualemcunq; formam deſcribemus, poſt aliquando exactius tractaturi.

| | N. | G. | D. | A. | V. | N.A. | G,D. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| S. | | ος | ι | ν / α | | D. ε | οιον. |

| | N. | G. | D. | Ac. | V. |
|---|---|---|---|---|---|
| | ις | | ξι | ας | ες. |
| P. | | ων | ψι | | |
| | α | | σι | α | α. |

Παράδειγμα.

S. N. ὁ αἴας. G. τοῦ αἴαντος. D. τῷ αἴαντι. A. τὸν αἴαντα. V. ὦ αἶαν & ὦ αἴας. Attice, Dual. N & Ac. τὼ αἴαντε. G & D. τοῖν αἰάντοιν. V. ὦ αἴαντε. Plur. N. οἱ αἴαντες. G. τῶν αἰάντων. D. τοῖς αἴασι. Ac. τοὺς αἴαντας. V. ὦ αἴαντες.

ALIVD.

ὁ δημοσθένης, τοῦ δημοσθένεος, τῷ δημοσθένεϊ, τὸν δημοσθένεα, ὦ δημόσθενες & δημοσθένης. D. τὼ δημοσθένεε, τοῖν δημοσθενέοιν, ὦ δημοσθένεε. Plural. οἱ δημοσθένεες, τῶν δημοσθενέων, τοῖς δημοσθένεσι, τοὺς δημοσθένεας, ὦ δημοσθένεες.

Plura exempla adducet diligens præceptor, ut huius declinationis uarietatem pueris oſtendat & inculcet.

DE CONTRACTIS.

Nomina huius declinationis, quæ genitiuum

nitiuum formant in ος purum, hiatus ui- tandi cauſſa nõnunquã contrahuntur, id quo pacto fiat, octo oſtendetur formulis. Eas ſi uoles appellare declinationes contra ctas per me licet, modo memineris eas ori ri ex quinta, & uelut partem eius eſſe.

## PRIMA.

Prima eſt nominum in ης, ές, ος, quo- rum Genitiuus exit in εος. Contractiones, figura ſequens docet.

N. G. D. Ac. V.   N. Ac. G. D.

η.
ης   εα   ες.
ους   ει   η   οιν.
εος   εϊ   D.   εε   εοιν.
ες   ές   ές.
ις   ος   ος.

N.   G.   D.   Ac.
εις   εις.
εες   εας.
P.   ων.
η   εων   εσι   η.
εα   εα.

Quo res fiat clarior exemplũ ſubiiciam atq; ita, quod in figura ſignificatur, re expreſſum uidebit puer, exercitatuſq; à præceptore, in cæteris eadem ratione uerſabitur. ὁ δημοσθένης, τοῦ δημοσθένεος. Contracte. δημοσθένους, τῷ δημοσθένεϊ. Contracte. δημοσθένει, τὸν δημοσθένεα. Contracte. δημοσθένη, ὦ δημόσθενες & δημοσθένης attice. Dual. τὼ δημοσθένεε. Contracte. δημοσθένη, τοῖν δημοσθενέοιν. Contracte. δημοσθενοῖν. Plural. οἱ δημοσθένεες. Contracte. δημοσθένεις, τῶν δημοσθενέων. Contracte. δημοσθενῶν, τοῖς δημοσθένεσι, τοὺς δημοσθένεας. Contracte. δημοσθένεις. Vocatiuus nominatiuo ſimilis eſt.

εα in plurali numero poſitum, quod in η contrahitur, reſpicit nomina in ες uel ος neutri generis, ut τὸ ἀληθὲς, τὸ τεῖχος.

SECVNDA per ι.

Eſt nominum in ις & ι, quorum Genitiuus communiter in ιος exit. Fit uero contractio, ut ſequitur in tribus tantũ caſibus, nempe, Datiuo ſingulari, Nominatiuo & Accuſatiuo plurali, cum quibus Vocatiuus etiam conuenit.

N. G. D. Ac. V.

ις ιν.

ι

εος ει ι. D. ιε ιοιν

ι ι

N. G. D. Ac.

ις ις.

ιες ιας.

P. ιων ισι.

ι ι

ια ια.

ἡ πόλις, τὸ σίνηπι.

Huius declinationis nomina Ionice declinantur per εος, quod cum fit, contrahétur in dictis caſibus & Nominatiuo duali, ad formam formulæ primæ, ut ἡ πόλις, τῆς πόλιος. Et Ionice πόλεος, τῇ πόλιϊ. Contracte, πόλι, Ionice πόλεϊ. Contracte πόλει &c.

## TERTIA.

Eſt nominum in ευς, quæ ſimiliter contrahuntur in Datiuo ſingulari, & Nominatiuo & Accuſatiuo plurali.

N. G. D. Ac. V.

ει

ευς εοσ εϊ εα ευ D. εε εοιν.

N. G. D. Ac.

εισ εις.

εες εων ευσι εας.

ὁ βασιλεὺς, τοῦ βασιλέοσ, τῷ βασιλέϊ. Con
tracte, βασιλεῖ.

## QVARTA.

Ea eſt in nominibus in ασ, uel ρασ neu
tri generis, quorũ genitiuus exit in ατος,
abiecto uero τ in αοσ, τὸ κρέας, τοῦ κρέατοσ,
Et per abiectionem, κρέαοσ, τὸ κέρασ, τοῦ κέ
ρατοσ. Et per abiectionem, κέραος. In his
contractiones fiunt, ut ſequitur.

N. G. D. Ac. V. N. Ac G. D.

ασ

ωσ α

α ῳν

αος αϊ ας ας. D. αε αοιν.

ρας

N. G. D. D.

α ων α.

P. αα αων ασι αα.

Quinta.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-118621-p0026-8

QVINTA.

Eſt nominum in ους, in οος genitiuum facientiũ. Cõtractioné patitur in nominatiuo & accuſatiuo plurali, ut ſequitur.

N. G. D. Ac.

S. ους οος οϊ ουν. D. οε οοιν.

N. G. D. Ac.

ους ους.

P. οεσ οων ουσι οασ

βοῦσ βόασ. Nominatiuo plurali βόες. Et Contracte βοῦς.

SEXTA.

Eſt nominũ fœmininorum in ῶ & ως. quorum genitiuus exit in οος, ut ἡ λητὼ, τῆς λητόος, ἡ αἰδὼς, τῆς αἰδοῦς.

Huius declinationis nomina Heterocli ta ſunt, in ſingulari numero declinationis quintæ) quæ ſola contractionem recipit) in duali & plurali declinationis tertiæ pari ſyllaborum.

N. G. D, Ac.

ω

ους οι ω.

S. οος οϊ οα. D. ω. οιν. P. οι ων οισ ους. ωσ.

τῷ λκτῷ, τῶν λκτόοσ· Contracte. λκτοῦς &c.

## SEPTIMA.

Ea eſt nominum in υς & υ acutum, quorum Genitiuus exit in eos, ut ἡδύσ, ἡδέόσ, τὸ ἡδύ, τοῦ ἡδέοσ. Dicitur auté acutũ propter notam accentus acuti, quã ſupra ſe habet. Cõtrahuntur uero in datiuo ſingulari, nominatiuo & accuſatiuo plurali, ut ſequit.

| | N. | G. | D. | Ac. |
|---|---|---|---|---|
| S. | υς / υ | εος | ει / ει. | υν / υ. |
| D. | εε | | εοιν | |
| P. | εισ / εεσ / η / εα | εων | εσι. | εισ / εας. / η / εα. |

ἡδύς, ἡδέος, ἡδέϊ. Contracte. ἡδεῖ &c.

## OCTAVA.

Eſt nominum in υς & υ grauitonorum, ſcilicet, quod nullius accentus notam habet (ita libet in præſentia docendi cauſſa definire)

deſinire) quorum genitiuus exit in υοσ, ut βότρυς, βότρυοσ, ἄδακρυ, ἀδάκρυοσ. Contrahuntur uero in nominatiuo & accuſatiuο plurali, ut ſequitur.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| | ις | | υν. | | |
| S. | υος | υϊ | D. | υε | υοιν. |
| | υ | | υ. | | |

| | | | |
|---|---|---|---|
| | υς | | υς. |
| | υες | | υασ. |
| P. | | υων | υσι. |
| | υ | | υ. |
| | υα | | υα. |

τὸ ἄδακρυ, τοῦ ἀδάκρυος, τὰ ἀδάκρυα. Contracte. τὰ ἀδάκρυ &c.

# DE PRONOMINE.

PRonomini accidunt ſex, Genus, Species, Numerus, Perſona, Caſus & declinatio.

Genera pronominum ſunt quatuor, Maſculinum ut ἡμέτερος, Fœmininum ut ἡμετέρα. Neutrum ut ἡμέτερον. Commune ut ἐγὼ, σὺ, ὅς.

Species à grammaticis tradũtur quinq́ꝫ, quod etſi inepte, ſi rem ſpectes, fiat, docendi tamen cauſſa eos ſequar. Primitiua, Poſſeſſiua, Demonſtratiua, Relatiua & compoſita.

Perſonæ tres, Prima ut ἐγὼ, Secunda ut σὺ, Tertia ut ἐκεῖνος. Cætera ex eorum declinatione, quæ plerunq́ꝫ irregularis eſt, cognoſces.

Primitiua ſunt tria, quæ declinantur hoc modo.

S.N. ἐγὼ. G. ἐμοῦ. D. ἐμοὶ. Ac. ἐμὲ. Dual. N. Ac. νῶ. G. & D. νῷν. Plural. N. ἡμεῖς. G. ἡμῶν. D. ἡμῖν. Ac. ἡμᾶς.

S.N. σὺ. G. σοῦ. D. σοὶ. Ac. σὲ. Dual. N. & Ac. σφῶ. G. & D. σφῷν. Plural. N. ὑμεῖς. G. ὑμῶν. D. ὑμῖν. Ac. ὑμᾶς.

S.N. ὅς. G οὗ. D. οἷ. Ac. ἕ. Dual. N. & Ac. σφὲ. G. & D. σφοῖν. Plural. N. σφεῖσ. G. σφῶν. Dual. σφίσι. Ac. σφάσ.

Poſſeſſiua quæ à primitiuorum numeris deducuntur octo, ut ἐμός, νωΐτερος, ἡμέ-

ἡμέτερος, σὸς, σφωΐτερος, ὑμέτερος, ἑός, σφέτερος. Quorum declinatio imitatur ſecundam & tertiam nominum.

M. ἡμέτερος, ἡμετέρου, ἡμετέρῳ, ἡμέτερον &c.

F. ἡμετέρα, ἡμετέρας, ἡμετέρᾳ, ἡμετέραν &c.

Demonſtratiua duo οὗτος & ἐκεῖνος, in quibus quia uariationis nonnihil eſt, ea per omnia genera perſequar.

M. οὗτος, τούτου, τούτῳ, τοῦτον, ὦ οὗτος.

D. τούτω, τούτοιν.

P. οὗτοι, τούτων, τούτοις, τούτους.

F. αὕτη, ταύτης, ταύτῃ, ταύτην, ὦ αὕτη.

D. ταύτα, ταύταιν.

P. αὗται, τούτων, ταύταις, ταύτας.

N. τοῦτο, τούτου, τούτῳ, τοῦτο, ὦ τοῦτο.

D. τούτω, τούτοιν.

P. ταῦτα, τούτων, τούτοις, ταῦτα.

M. ἐκεῖνος, ἐκείνου.

F. ἐκείνη, ἐκείνης.

N. ἐκεῖνο, ἐκείνου.

Reliqua perſequere ad formam nominum ſecundæ & tertiæ declinationis.

Relatiuum unum, quod declinatur ſecundum formam ſecundæ & tertiæ declinationis.

M. αὐτὸς, αὐτοῦ, αὐτῷ, αὐτόν.
F. αὐτὴ, αὐτῆς, αὐτῇ, αὐτὴν &c.
N. αὐτὸ, αὐτοῦ, αὐτῷ, αὐτό.

Compoſita pronomina ſunt tria, cuique perſonæ unum reſpondens. Nominatiuo ſingulari carent. Declinantur uero ut ſequitur.

M. ἐμαυτοῦ, ἐμαυτῷ, ἐμαυτόν.
F. ἐμαυτῆς, ἐμαυτῇ, ἐμαυτήν.
N. ἐμαυτοῦ, ἐμαυτῷ, ἐμαυτό.
M. σεαυτοῦ, σεαυτῷ, σεαυτόν.
F. σεαυτῆς, σεαυτῇ, σεαυτήν.
N. σεαυτοῦ, σεαυτῷ, σεαυτό.

Hæc duo pronomina numerum dualẽ & pluralem compoſitum nõ habent, ſed eorum loco primitiuis utimur & relatiuo, ἡμῶν, αὐτῶν &c.

M. ἑαυτοῦ, ἑαυτῷ, ἑαυτόν.
F. ἑαυτῆς, ἑαυτῇ, ἑαυτὴν &c.
N. ἑαυτοῦ ἑαυτῷ, ἑαυτό.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-118621-p0032-2

# DE VERBO.

VErba Græcorum trifariam terminantur in prima perſona præſentis indicatiui, uel in ω, uel in μαι, uel in μι.

Quæ in ω exeunt, partim actiua, ut τύπτω, partim neutra ſunt, ut ὑγιαίνω.

Quæ in μαι, partim paſſiua, ut τύπτομαι, partim media (quæ ad latinorum morem communia adpellari poſſunt) iam actiue, iam paſſiue poſita, id quod conſtructio indicat, ut τύπτομαι σὲ & τύπτομαι ὑπὸ σοῦ, partim deponentia, ut μάχομαι.

Quæ in μι, partim actiua, ut τίθημι, partim neutra, ἵημι, καὶ πορεύομαι.

Ex his adparet uerbis quinqꝫ eſſe genera, Actiuum, Paſſiuum, Medium, Neutrum, Deponens.

Præter genus alia ſeptem habet accidentia, Modum, Speciem, Figuram, Numerũ, Perſonam, Tempus & coniugationẽ.

Quinqꝫ ſunt modi, Indicatiuus ut τύπτω, Imperatiuus ut τύπτε, Optatiuus ut τύπτοιμι, Subiunctiuus ut τύπτω, Infinitiuus ut τύπτειν.

Species duæ. Primitiua ut ἄρδω. Deriuatiua ut ἀρδεύω.

Figuræ duæ (nam decõpoſitam in nominibus docui reiiciendam) Simplex ut ποιέω. Compoſita, ut προσποιέω.

Numeri, ut in nominibus tres. Singularis ut τύπτω. Dualis ut τύπτετον. Pluralis ut τύπτομεν.

Perſonæ, ut in pronominibus, tres. Prima τύπτω. Secunda τύπτεις. Tertia τύπτει.

Tempora ſex. Præſens, ut τύπτω. Præteritum imperfectum, ἔτυπτον. Præteritum perfectum τέτυφα. Præteritum plusquam perfectum ἐτετύφειν. Indefinitum (quod Græcis peculiare eſt, & præteriti perfecti ſignificatum obtinet) duplex eſt. Primum ἔτυψα. Secundum ἔτυπον. Futurum ſimiliter duplex. Primũ τύψω. Secundũ τυπῶ.

Coniugationes uerborum ſunt octo, quatuor eorum quæ in ω exeunt, quatuor eorum quæ in μι terminantur. Nam quæ in μαι ſunt, quia uel iſtorum paſſiua ſunt & media & deponentia, iis ſimilia eodem referantur.

De uerrbis

# DE VERBIS IN ω uel ομαι.

Verbum dicitur eius eſſe cōiugationis, cuius diſtinctiua ω uel ομαι finale præſentis indicatiui immediate præcedit. Quæ uero diſtinctiuæ literæ ſint cuiuſq; coniugationis ſubiecta patefaciet figura.

Diſtinctiuæ ſunt coniugationis.

| | Præſentis. | Fut. | Pti perſ. |
|---|---|---|---|
| Primæ. | π β φ πτ | ψ | φ. |
| Secūdæ. | κ γ χ κτ | ξ | χ. |
| | | ζ σσ ττ | |
| Tertiæ. | τ δ θ ω purū | σ | κ. |
| Quartæ. | λ μ ν ρ | λ μ ν ρ | κ. |

Quare ſi quæratur, cuius coniugationis ſit τύπτω, dices, primæ, quia ante ω finale habet πτ, quod reperitur in ordine diſtinctiuarū primæ coniugationis. Sic μάχομαι ſecundæ coniugationis eſt, quia ante ομαι finale habet χ, quod reperitur in ordine diſtinctiuarum eius coniugationis.

Ω purum autem dicitur, quod immediate præcedit uocalis, uel ſola, ut ποιέω, uel in diphthongo, ut ἀκούω. Sunt tamen uerba nonnulla, quæ in præſenti futuri diſtinctiuam habent, ut ἄυξω ἀλέξω & ἕψω. Sed ſuut uerba adfecta, per uocalis eliſionem, ab ἀυξέω, ἀλεξέω, & ἑψέω.

## DE INDICATIVO uerborum in ω.

### De formatione Præteriti imperfecti.

Præteritum imperfectum formatur à præſentis perſona prima ſingulari, uertendo ω finale in ον, & augendo principium ſi opus ſit.

Nam ſi præſens incipit à conſonante, adſumitur in principio uerbi ε, idq; uocatur augmentum ſyllabicum, ut τύπτω ἔτυπτον, γράφω ἔγραφον.

Sin autem à uocali uel diphthongo mutabili incipit, tum conuertitur breuis, uel anceps in ſuam longam, quod clarius oſtēdit figura ſequens.

Vocales mutabiles.

| | | | |
|---|---|---|---|
| α | | η | ἀκούω, ἤκουον. |
| ε | Cõuertitur in | η | ut ἐλεέω, ἠλέεον. |
| ο | | ω | ὀνομάζω, ὠνόμαζον |

Diphthongi mutabiles.

| | | | |
|---|---|---|---|
| αι | | ῃ | αἴρω, ἦρον. |
| οι | | ῳ | οἰκτείρω, ᾤκτειρον. |
| | Conuertitur in | | ut |
| αυ | | ηυ | αὐλίω, ηὔλεον. |
| ευ attice | | ηυ | εὕδω, ηὗδον. |

Si uero præſentis initium ab alia uocali uel diphthongo, nempe η ι υ ω ει ου ευ fuerit, initio nulla mutatio erit, ſed ω tantũ modo conuertitur in ον, ut ἠχέω, ἤχεον, ἱππεύω, ἵππευον, εἰκάζω, εἴκαζον, οὐτάω, οὔταον, εὕδω, εὗδον communiter, nam ηὗδον atticum eſt.

## EXCEPTIONES DVAE.

Excipiuntur primo uerba quædã, quæ quamuis ab ε incipiant, illud tamen in imperfecto in η non mutant, ſed adſumunt

ad id, ut diphthongus fiat, ἔχω εἶχον, ἕπω εἷπον, ἕλω εἷλον, ἕπομαι εἱπόμην, ἑστήκω εἱστήκον, ἑστιάω εἱστίαον, ἐάω εἴαον, ἑρπύζω εἵρπυζον, ἕλκω εἷλκον, ἑλκύω εἵλκυον, ἕρπω εἷρπον, ἐρύω εἴρυον, ἐθίζω εἴθιζον, ἔθω εἴωθα, ἕω εἷμαι, ἐργάζομαι εἰργαζόμην.

Secundo uerba nonnulla, quæ οι diphthongum omnino nó mutant, οἰόμαι οἰόμην, οἰμέω οἴμησα, οἰνόω οἰνίζω, οἰστρέω, οἰωνίζομαι, οἰωνοσκοπέω, οἰωνοπολέω, οἰακίζω, οἰακονομῶ, οἰακοστρεφῶ.

Eſt præterea notandum uerba ἀ ρ inci-pientia augmenti cauſſa, non ſolum adſumere ε, uerumetiam ρ geminare, ut ῥίπτω ἔρριπτον, ῥέσκω ἐρρέσκον.

## DE INDEEITO ſecundo.

Indefinitum ſecundum nos à præterito imperfecto formamus, ſecuti Ricardum Crocum præceptorem noſtrum, ea enim formandi ratio facilior nobis eſſe uidetur· quàm ſi ab indefinito primo ducatur.

Fit ab imperfecto, ſi ante ον finale ττ, κτ, λλ, μν reperitur, abiiciendo poſteriorem conſonantem,

conſonantem, penultimam conſyderan-do, quemadmodum infra docebitur.

| | | | |
|---|---|---|---|
| πτ | | τ | ἔτυπτον, ἔτυπον |
| κτ | | τ | ἔτικτον, ἔτεκον. |
| | abiicit | ut | |
| λλ | | λ | ἔσφαλλον, ἔσφαλον. |
| μν | | ν | ἔκαμνον ἔκαμον. |
| | | βλάπτω, | ἔβλαπτον, ἔβλαβον. |
| Excipitur à | | κρύπτω, | ἔκρυπτον, ἔκρυβον. |
| regula | | καλύπτω, | ἐκάλυπτον, ἐκάλυβον. |
| | | σκάπτω, | ἔσκαπτον, ἔσκαβον. |

## DE PENVLTIMAE CONſyderatione.

In omni indefinito ſecundo formando eſt præterea penultima imperfecti conſyderanda, & ſi in aliquam ex ſubiectis regulis inciderit, iuxta eius præſcriptum mutanda.

## REGVLA I.

Si in penultima imperfecti η ω αι αυ fuerit, in indefiniti ſecundi formatione uertatur in α.

| | | | |
|---|---|---|---|
| η | | ἔληθον | ἔλαθον |
| ω | | ἔτρωγον | ἔτραγον |
| | uertitur in α | | |
| αι | | ἔδαιον | ἔδαον |
| αυ | | ἔπαυον | ἔπαον. |

## REGVLA II.

Si ευ uel ει diphthongum in penultima habet imperfectum, in indefiniti ſecundi formatione ε abiicitur.

| | | | |
|---|---|---|---|
| ευ | | ἔλευθον | ἤλυθον. |
| | abiicit ε | | |
| ει | | ἔπειθον | ἔπιθον. |

## REGVLA III.

Si imperfectum in penultima habet ε uel ει præcedente liquida, quæ ſubiuncta eſt alteri conſonanti, uel ſequente immediate liquida, mutabitur ε uel ει in α.

| | | |
|---|---|---|
| ε | | ἔπλεκον, ἔπλακον. |
| | præcedente liquida ſubiuncta alteri cōſonāti, uel ſequēte in α | |
| ει | | ἔσπειρον, ἔσπαρον. |

Exceptio

## EXCEPTIO I.

A prima regulæ parte excipitur ἔφλεγον & ἔβλεπον, nam in his nulla mutatio fit, quamuis præcedat liquida ſubiuncta alia conſonanti, ſed conuenit imperfectũ & indefinitum ſecundum.

## EXCEPTIO II.

Secundo excipiuntur triſyllaba quartæ coniugationis, quæ ει diphthongũ, quamuis ſequatur liquida, in α non uertunt, ſed ι ſolum abiiciunt, ut ἐγείρω, ἤγειρον, ἤγερον, ὀφείλω, ὤφειλον, ὤφελον.

## REGVLA IIII.

Si imperfectum exit in αον uel εον in indefiniti ſecundi formatione abiicitur α uel ε.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| αον | abiicit | α | ἐβόαον | ἔβοον. |
| εον | | ε | ἐποίεον | ἔποιον. |

## REGVLA V.

Verba habentia ante ον imperfecti σσ τ̄ ζ. Siquidem ſecundæ coniugationis fuerint, uertunt eas in indefiniti ſecundi for-

matione in γ. Sin autem tertiæ fuerint, commutant in δ.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| σσ | | ξ | | γ |
| ττ | Si in futuro habet | | uertit eas in | ut |
| ζ | | σ | | δ |

ἔκραζον, κράζω, ἔκραγον. ὤρυσσον, ὀρύξω, ὤρυγον. ἔπραττον, πράξω, ἔπραγον. ἔφαζον, φάσω, ἔφαδον. ἔπλαττον, πλάσω, ἔπλαδον.

Quæ per σσ efferuntur, etiam per ττ efferri poſſunt. Hactenus traditæ regulæ in iis locum habent, quorum imperfectum duas ſyllabas excedit. Nam ſi biſyllabum tantummodo fuerit, nulla fiet mutatio, ſed idem erit imperfectum & indefinitum ſecundum ἄδω ᾖδον. Verba quæ in nullam iſtarum regularum incidunt, ſimiliter dicta duo tempora coincidentia habẽt, ἐχρύσουν ἐχρύσουν, ἔλεγον ἔλεγον.

## DE FVTVRO ſecundo.

Futurum ſecundum, formatur ab indefinito ſecundo, uertendo ον finale in ῶ circunflexum, abiiciendo augmentum temporale, uel ſyllabicum, quod fiet mutata

uocali

uocali uel diphthongo initiali indefiniti in eam quæ præſentis initium exiſtit, aut abiecto ε, quod in imperfecti formatione adſumptum fuerat, ὀρύσσω, ὤρυσσον, ὤρυγον, ὀρυγῶ, τύπτω, ἔτυπτον, ἔτυπον, τυπῶ, οἰκτείρω, ᾤκτειρον, ᾤκταρον, οἰκταρῶ.

Quamobrem deficienti peculiari indefinito ſecundo, deficit etiam futurū ſecundū.

## DE FVTVRO PRIMO trium primarum coniugationum.

Futurum primum, coniugationis primæ, ſecundæ & tertiæ, formatur à prima perſona præſentis, mutando diſtinctiuam præſentis in diſtinctiuam futuri iuxta figuram ſuperius poſitam τύπτω, τύψω, λέγω, λέξω, πλήθω, πλήσω.

## EXCEPTIONES.

Excipe uerba in ω purum tertiæ coniugationis, ut quæ futurum non per diſtinctiuæ mutationem, ſed per eius nempe σ adſumptionem, ante ω finale præſentis ab eo deducunt, παύω, παύσω. βασιλεύω, βασιλεύσω.

Attamen in uerbis in εω αω & οω, præ-terea breuis uel anceps præſentis, uertitur etiam in ſuam longam.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| εω | | ησω | ποιέω | ποιήσω. |
| αω | uertitur in | ησω | βοάω | βοήσω. |
| οω | | ωσω | χρυσόω | χρυσώσω. |

Reperias tamen in authorum lectione uerba nonnulla, quæ uocalem penultimæ non mutant, ut γελάω, γελάσω. τελέω, τελέσω &c.

Item uerba in εω, ſi biſyllaba fuerint, εω in ευσω uertunt, ut πλέω, πλεύσω. ῥέω, ῥεύσω, his adde καίω, καύσω. κλαίω, κλαύσω.

De uerbis in ττω, σσω, ζω

Quandoquidem σσ ττ ζ duarum coniugationum diſtinctiuæ ſunt, quo cognoſci poſſit coniugatio, duas regulas ex Herodiano & Demetrio notato.

PRIMA.

Verba in σσω uel ττω, ut plurimũ ſunt coniugationis ſecundæ, πράττω, πράξω. ὀρύσσω, ὀρύξω.

Excipi-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-118621-p0044-8

Excipiuntur ſequenſia, quæ ſunt coniu gationis tertiæ, ut πλάττω, πλάσω. ἐρέσσω, ἐρέσω, ἱμάσσω, ἱμάσω, πάσσω, λάσσω, λεύσσω His adde πράττω cū uendo ſignificat.

## SECVNDA.

Verba in ζω, pleraq; ſunt coniugatio- nis tertiæ, ὁρίζω, ὁρίσω. φράζω, φράσω. βαδίζω, βαδίσω.

Quæ ſequuntur excipe, ut quæ ſunt con iugationis ſecundæ, οἰμώζω, οἰμώξω. στηρίζω, αἰάζω, στενάζω, ὀλολύζω, ἀλαλάζω, θρυλλίζω, κράζω, σφάζω, σίζω, ῥέζω, τρύζω, quod in tertia cõiugatione nonnunquam poſitū reperitur. Adde παίζω quod apud atticos eſt coniugationis tertiæ, commu- niter uero ſecundæ. Dicimus itaq; παίσω attice, & παίξω communiter.

## DE FVTVRO PRI- mo quartæ.

Eius coniugationis primum futurum ſi militer à prima perſona præſentis deduces ultimam circunflectendo, & corripiendo penultimam, ſi utcunq; longa fuerit, μένω μενῶ.

## DE VERBO
### PENVLTIMAE CORRIPIENDÆ ratio.

Si ante ω finale præſentis reperiuntur duæ liquidæ, penultima ut breuis fiat, abiiciatur earum poſterior.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| λλ | abiicit | λ | ψάλλω | ψαλῶ |
| μν | | ν | τέμνω | τεμῶ |

Sin autem in penultima præſentis αι uel ει fuerit, in futuri formatione abiicitur ι.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| αι | habet in futuro | α | φαίνω | φανῶ. |
| ει | | ι | φθείρω | φθερῶ. |

### DE INDEFINITO primo.

Indefinitum primum, formatur à prima futuri primi, uertendo ω finale in α, & adſumendo augmentum in principio, ut in imperfecto oſtenſum eſt, ἔτυπτον, τύψω ἔτυψα, ἔλεγον, λέξω, ἔλεξα. ἤκουον, ἀκούσω, ἤκουσα.

Peculiare

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-118621-p0046-9

## DE VERBO PECVLIARE quartæ.

Circa uerba quartæ coniugationis, hoc amplius eſt obſeruandum, ſi in penultima futuri fuerit α, uertitur in indefiniti formatione in η. Si uero fuerit ε, uertitur in ει diphthongum.

ε ει ἔμενον, μενῶ, ἔμεινα.

Fut. uertit' in

α η ἔψαλλον, ψαλῶ, ἔψηλα.

Quandoq; tamen α non mutatur in η, ſed producitur ſolum ἐμίαινον, μιανῶ, ἐμίανα, ἐχλίαινον, χλιανῶ, ἐχλίανα.

## DE PRAETERITO PERfecto trium primarum coniugationum.

Præteritum perfectum primæ, ſecundæ & tertiæ coniugationis, formatur à prima indefiniti primi, mutando diſtinctiuam futuri, in diſtinctiuam præteriti. Idq; ita ſimpliciter procedit, ſi præſens incipiat à uocali, uel a duabus conſonantibus, actu uel potentia, uel a ρ, ut ἀκούω, ἤκουσα, ἤκουκα, στίζω, ἔστιξα, ἔστιχα. ψιλάω, ἐψίλω

σα, ἔψίλωκα, ῥίπτω, ἔῤῥιψα, ἔῤῥιφα.

Excipe μέμνημαι ἀ μνάομαι, κέκτημαι ἀ κτάομαι, πέπλαμαι ἀ πλάομαι, πέπλωκα ἀ πλόω.

Sin autem alioqui conſonante ſola, uel etiam à muta cum liquida incipiat præſens, præponitur etiam in formatione perfecti prima præſentis conſonans, τύπτω, ἔτυψα, τέτυφα, γράφω, ἔγραψα, γέγραφα.

EXCEPTIONES DVAE.

Excipe à γν & γρη incipientia. Nam & ſi ibi ſit muta cum liquida, nulla tamen fit cõſonantis præpoſitio, ſed dictinctiuæ ſolum mutatio, γνόω, ἔγνωσα, ἔγνωκα, γρηγορέω, ἐγρηγόρησα, ἐγρηγόρηκα.

Secundo excipe incipientia ab aſpirata conſonante, nam ipſa aſpirata non præponitur, ſed eius tenuis.

θ τ θαυμάζω, ἐθαύμασα, τεθαύμακα.

φ uertit̃ in π φιλέω, ἐφίλησα, πεφίληκα,

χ κ χαλκεύω, ἐχάλκευσα, κεχάλκευκα.

Peculia-

## DE VERBO PECVLIARE PRIMAE.

Eſt præterea notandnm, quod uerba biſyllaba primæ coniugationis ρε in penultima habentia, illud in perfecti formatione in ρα uertunt, στρέφω, ἔστρεψα, ἔστραφα.

## DE PARTICIPIO PERfecto quartæ.

Præteritum perfectum quartæ coniugationis, formatur à futuro primo, mutato ῶ finali in κα, obſeruatoq; augmento imperfecti, & ſi opus fuerit iuxta prædictas regulas, præponatur etiam prima præſentis conſonans ψάλλω, ἔψαλλον, ψαλῶ, ἔψαλκα.

## NOTATIVNCVLAE.

Quod ſi facta mutatione, ut dictum eſt, euenerit ν ante κ, uertetur ν in γ, ut φαίνω, ἔφαινον, φανῶ, πέφαγκα.

Si uero præſens in νω exit, atq; in penultima habet ι uel υ uel ει, tunc ν nõ uertitur in γ, ſed omnino abiicitur κρίνω, κρινῶ, κέκρικα, θύνω θυνῶ, τέθυκα, κτείνω, κτενῶ, ἔκτεικα. Reperias tamen nonnulla ν in γ

uertentia ſuperiorem in modum, ut μιαίνω, μεμίαγκα, μολύνω, μεμόλυγκα, adde ὀξύνω, & ſi qua alia ſunt.

## DE PENVLTIMA.

Eſt præterea in hac formatione aduertendum, ſi futurum biſyllabum in penultima habuerit ε, id in perfecto mutari in α, ut κτείνω, κτενῶ, ἔκτακα, σπείρω, σπερῶ, ἔσπαρκα.

Sin autem futurum in μῶ exierit, penultima non mutatur ad dictum modum, ſed quacunque penultima exiſtente, ῶ uertitur in ηκα, τέμνω, τεμῶ, τετέμηκα, νέμω, νεμῶ, νενέμηκα, κάμνω καμῶ, κεκάμηκα. Ex his nonnulla ſyncopata proferuntur, τέτμηκα, κέκμηκα.

## DE PLVSQVAM perfecto.

Præteritum pluſquamperfectum, formatur à prima præteriti perfecti, mutando α finale in ειν, ut ἤκουκα ἠκούειν, ἔγραφα, ἐγράφειν.

Si tamen perfecti initium fuerit conſonans, adſumitur præterea ad pluſquam

perfectum

perfectum formandum in principio ε, ut τέτυφα, ἐτετύφειν.

## DE FORMATIONE perſonarum.

Cuiuſq; temporis perſonæ cæteræ formantur à prima, ſi ω uel ον, uel α, uel ειν mutentur ad modum in ſequenti figura deſcriptum, ut τύπτω, uerte ω in εις fiet ſecunda τύπτεις. Verte ω in ομεν, fiet prima pluralis τύπτομεν &c.

Præſens τύπτω ετον, ετον.
Fut. 1. τύψω, εις ει. D. ετον, ετον.
Fut. 2. τυπῶ εῖτον, εῖτον.
Præſens
Fut. 2. ομεν, ετε.
P. ουσι.
Fut. 2. οῦμεν, εῖτε.
Imperfec. ἔτυπτον.
ες, ε. D. ετον, έτην.
Indef. 2. ἔτυπον.
P. ομεν, ετε, ον.
Indef. 1. ἔτυψα άτην.
ας, ε. D. ατον.
Perfec. τέτυφα, ατον.

αν
P. αμεν, ατε
ασι:

Pluſquamperfec. ἐτετύφειν, εις, ει,
Dual. ειτον, είτην.
Plural. ειμεν, ειτε, εισαν.

## PECVLIARE QVARTAE.

Sciendum eſt futurum primum quartæ coniugationis in perſonis formandis ubiq; ſequi futurum ſecundum omnium coniugationum, quod accidit ob ῶ circũflexum, quod commune habent, hinc dicimus in duali μενεῖτον & non μένετον.

## COMMVNIA OMNIVM.

Quia uero uidemus in duali quandoq; primam deſyderari perſonam, quandoq; ſecundam & tertiam eandem eſſe, nonnunquam differre, duæ de ea re tradendæ ſunt regulæ.

## PRIMA.

Quandocũq; μ reperitur in primæ perſonæ pluralis ſyllaba ultima; dualis prima deficit, id quod in actiuis ubiq; contingit,

ut quæ in μεν primam pluralem forment. Alioqui non deficit, ut in mediis & paſſiuis uidebitur.

## SECVNDA.

Tertia perſona plurali in ι uel σι exeunte, ſecunda & tertia perſona dualis eadem eſt. Sin autem in aliud quippiam exierit tertia pluralis, tum differunt, exempli loco ſit præſens & imperfectum.

Quo hæc uelut ob oculos poſita, cognitu faciliora ſint Tyronibus, integra παραδείγματα unicuiq; modo ſubiicemus.

### ΠΑΡΑΔΕΙΓΜΑ indicatiui.

Præſens.

| | | | |
|---|---|---|---|
| S. | τύπτω | τύπτεις | τύπτει |
| D. | | τύπτετον | τύπτετον |
| P. | τύπτομεν | τύπτετε | τύπτουσι. |

Futurum primum.

| | | | |
|---|---|---|---|
| S. | τύψω | τύψεις | τύψει |
| D. | | τύψετον | τύψετον |
| P. | τύψομεν | τύψετε | τύψουσι. |

Futurum ſecundum.

| | | | |
|---|---|---|---|
| S. | τυπῶ | τυπεῖς | τυπεῖ |
| D. | | τυπεῖτον | τυπεῖτον |
| P. | τυποῦμεν | τυπεῖτε | τυποῦσι. |

Præteritum imperfectum.

| | | | |
|---|---|---|---|
| S. | ἔτυπτον | ἔτυπτες | ἔτυπτε |
| D. | | ἐτύπτετον | ἐτυπτέτην |
| P. | ἐτύπτομεν | ἐτύπτετε | ἔτυπτον. |

Indefinitum ſecundum.

| | | | |
|---|---|---|---|
| S. | ἔτυπον | ἔτυπες | ἔτυπε |
| D. | | ἐτύπετον | ἐτυπέτην |
| P. | ἐτύπομεν | ἐτύπετε | ἔτυπον |

Indefinitum primum.

| | | | |
|---|---|---|---|
| S. | ἔτυψα | ἔτυψας | ἔτυψε |
| D. | | ἐτύψατον | ἐτυψάτην |
| P. | ἐτύψαμεν | ἐτύψατε | ἔτυψαν. |

Præteritum perfectum.

| | | | |
|---|---|---|---|
| S. | τέτυφα | τέτυφας | τέτυφε |
| D. | | τετύφατον | τετύφατον |
| P. | τετύφαμεν | τετύφατε | τετύφασι |

